



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

9. De exemptis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

## De Exemptis.

1. **O**rdinariae Episcopi Iurisdictioni subiecti omnes Clerici.
2. Exempti sunt Cistercienses.
3. Et Templarij, Hospitalarij & ordines mendicantes.
4. Qui tamen summo Pontifici & superioribus illius Ordinis sunt subiecti,
5. Ordinum superiores in suos habent iurisdictionem non minorem quam Episcopalem.

1. **D**e iure communi omnes clerici ordinariae Episcopi Iurisdictioni censentur subiecti, c. omnes. 16. q. 7. c. cum venerabilis. x. de relig. domib. c. cum Episcopus. x. de offic. ordin. in 6. Panor. in c. accepimus. nu. 4. de priuil. & excess. priuileg. nisi per authentica scripta probetur esse exempti. d. c. cum venerabilis. c. recepimus. c. cum olim. c. cum capella. c. ex ore. x. de priuileg. Francisc.
2. Marc. quest. 1240. part. 1. Vti Cistercienses. gl. in cle. 2. x. de stat. monach. per c. cum ordinem. x. de rescript. c. ex parte. c. fin. x. de decim. clem. 2. x. de censib. qui tamen promittunt Episcopo subiectionem, reuerentiam, & obedientiam ab origine ordinis à sanctis patribus constitutam secundum regulam S. Benedicti perpetuo exhibendam,
3. c. ne Dei. x. de Simon. Templarij & Hospitalarij, d. c. recepimus. x. de priuileg. non quoad jus, juxta Hostiens. & Panor. ibid. Minores, Prædicatores, alijque mendicantes ordines, & his similes, Per. Gregor. Tholos. in Syntag. Iur. Vniuers. lib. 25. cap. 8. nu. 16.

nu. 16. arg. c. nimis praua. x. de excof. prelat. Summo Pontifici, alijsque superioribus, pura Generali seu Prouinciali illius ordinis subiecti. d. clem. 2. de stat. monach. fere magis firmiter, quã seculares clerici Episcopo, propter vota quæ solenniter præstant, Ideoque isti superiores non minorem quam Episcopalem iurisdictionem in eos exercent, c. Abbates, x. de priuileg. in 6. c. fin. x. de stat. monach. Pet. Gregor. d. loc. gl. in cle 1. ver. proprij de reb. eccles. alien. Franc. in c. 1. nu. 23. x. eod. in 6.

TITVLVS X.

De Iure Episcopi in exemptos.

1. **E** piscopus quibus casibus habeat iurisdictionem in exemptos.
2. In ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum.
3. Habet jus visitandi & vocandi ad Synodum.
4. Reformandi, corrigendi & puniendi.
5. Habet & charitatiuum subsidium.
6. Episcopus ad conseruandum iura exemptorum, vel ob prelati negligentiam potest agere pro exemptis.

**E** PISCOPVS habet iurisdictionem in exemptos, ratione contractus, delicti, & rei in loco non exempto sitæ, & in alijs casibus, in quibus eos iurisdictioni Episcoporum subesse Canonica præcipiunt instituta, c. 1. x. de priuileg. in 6. in ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum, Concil. Trident. B 3 dent.